

D. D.

HISTORIOLA  
ORATIONIS HUMANÆ,  
QUATTUOR ÆTATIBUS DESCRIPTÆ.

SECTIO SECUNDA,

CUJUS

PARTIC. I.

CONSENT. AMPLISS. ORD. PHILOS. ACAD. ABOËNS.

*Publico examini modeste offerunt*

OTSELAH

FRANCISCUS M. FRANZEN,

ELOQVENTIÆ DOCENS

ET

JACOBUS HEIKEL,

STIP. REG.

OSTROBOTNIENSES.

IN AUDITORIO MAJ. D. 22 APRILIS MDCCXCV.

Horis confvetis

---

ABOË, Typis FRENCKELLIANIS.

*Sponsorum Ord. Prior*

*B. f. Hopaeus.*

KANSALLIS-  
KIRJASTO



*Tit. Tit.*

Amicitia et benivolentia vestra fratribus, ad officium mihi de-  
mandatum, mox me conferam, sperans vos dubia mea le-  
gislata et benignè excepturas et fortiter soluturas.

*Prael. Dom. Mag. Doc.*

Munus mihi delatum tanto libertius in me suscepit, quod  
certo sperabam hoc colloquium mihi et utilissimum et  
jucundissimum futurum. Duæ laetissima spes nec ulla  
ratione me defellit. Dubia mea refutasti eruditione  
et sagacitate digna sane argumentis majoris momenti  
majorique ingenii ac prolatio. Plura afferem nisi de  
Tua erga me amicitia et benivolentia, in meliorem  
partem conatus meos interpretante, certus egem.  
Eruditionem tuam laudarem, nisi fecirem Te hoc  
a me non postulare, Te meis laudibus non egere,  
nisi fecirem non nisi a viris eruditione, gravitate  
aetate, munerum dignitate conspicuis, laudibus  
exornari posse, qui supra vulgi laudes sapit, qui  
laudibus te dignissimum praebet. Ut quaevis fau-  
cta Tibi maneat, eosque honores consequaris, quos  
jure optimo mereris, id est: maximos, ex animo  
sincerissimo Tibique amicissimo, opto.

*Percivim. D. Heys.*

Repat ut Tibi et gratias agam, quod humaniter  
mihi respondisti, et gratuler tibi egregias ingenii

dotes, insigni litterarum peritia morumque probitate  
ornatae, quae non profundit non apud omnes can-  
didos te majorum in modum commendare. Opto  
denique ut felix vivas, conatusque tui honestis-  
imi prospere fudderant. Valeas, et me in nu-  
mero amicorum tuorum habeas.

## SECTIO II.

### *Ætas Juvenilis seu Poëtica.*

— Mufe! Du gabst *dem Auge des Menschen*  
*Götterblicke*, die flogen hinauf, wo ströme des Lichtes  
sich ergießen vom evigen quell, wo Sonnen und Monde  
Gottes Saitengesang in fröhlichen Tönen einhergehn.

— Du gabst *dem menschlichen Herzen*  
*Mitempfindung*. Es blüht in der Blum', und mit der Cypresse  
wuchs es himmelhinan! stieg mit der Lüfte Gefieder  
auf, und sang: vom fröhlichen Schall frolockten die Wälder.

HERDER,

### §. I.

**Q**uem in silvis vagantem, non nisi specum ubi cu-  
baret, glandem qua frueretur, fontem quem  
hauriret cœco quærentem impetu, belluinos tantum  
edentem clamores, brutum reperimus hominem: il-  
lum deinde orbis terrarum, quem agris dimensis, ar-  
cibus munitis, urbibus superbis ornavit, quem com-  
merciorum catena, ab uno ad alterum fere polum  
trans maria & montes extensa, cinxit, quem, popu-  
lis distributum, legibus gubernat, dominum salutamus.

A

Eun-

Eundem terræ oceanique profunda, fidera cœli, temporum origines scrutari; illum artis quasi speculum coram natura tenere, ac vel novos, Phantasiæ foli spectandos, mundos creare; illum, erepto rerum, fenus fallente, involucro, interiorem earum faciem lumine lustrare puræ rationis (*a*); illum Dei æterna explorare consilia: atque omnia illa detecta scientiarum artiumque mysteria, ad immortalem hominum memoriam per sæculorum tempestates ferenda, voci humanæ levibusque foliis, idearum signa gerentibus, mandare — præclarum sane spectaculum! — stu-  
pentes videmus.

+

Admirari omnino oportet humani ingenii vim, voluminis instar se habentis, quod compleatum initio nil nisi vilem ostendit pannum, sensim vero evolutum pulcherrimam exhibet picturam, summi artificis manu adumbratam. Quam vero evolutionem virium humanarum non modo non profuisse mortalibus, sed miserrimam etiam eorum corruptelam peperisse, quod eloquentissimus post Platonem Philosophorum ROUSSEAUIUS urget (in quo cardine omnis ejus Philosophia, omnia ejus asserta versantur): id nos nihil jam mora-

---

(*a*) *Die reine Vernunft* dicunt novi Philosophi Germanici.





morabitur, monentes tantum, hominem in barbarie  
perpetuo manere non magis *potuisse*, quam planta,  
loco sita opportuno, non crescere nec florem tandem  
& fructum ferre possit. Qui flos & fructus, an vitu-  
perandi & a naturae œconomia abhorrere ideo cen-  
fendi sint, quod planta, illis prolatis, decrescere cœ-  
perit: alii judicent. Marcescunt quidem, quæ floru-  
ere, gentes; aliæ autem, illis feliciores, regerminant.  
Atque comparantibus nobis hodiernam Litterarum  
speciem cum veteri earum apud Græcos & Romanos  
habitu, spes nascitur læta: magis magisque rectam  
lateque patentem per orbem terrarum olim divulga-  
tum iri scientiam rerum, cognitu *vere utilium*; uni-  
versamque humanitatem, quamvis aliæ atque aliæ re-  
trolabantur gentes, ad felicitatem proprius propius-  
que esse processuram (b).

Sensim vero omnes fieri mutationes, morales  
seque ac physicas, leges jubent naturæ. Ad antiqua

A 2

igitur

+

+

(b) Quam quidem spem, cum certa de Litterarum usu per-  
fusione conjunctam, inter caussas enumeres insignis il-  
lius, animum quasi extollentis & consolantis, voluptatis,  
qua aureum ROSENSTEINII libellum. *Afbandling om Up-*  
*lysningen til des s beskaffenbet, nytt oeb nødwendigbet för*  
*Sambället*, perlectum e manu deponis.

igitur tempora oculos referentes, vestigia secuturi progradientis orationis humanæ: medium quoddam inter noctem barbariei diemque scientiarum intercessisse tempus videmus. Quod diluculi instar erat: quo Poësis, velut aurora, lucem dispergeret roseam; languidam illam, sed ipso languore gratissimam; qualem in Elysio esse tibi finxeris: ita nempe lucide res non illustrantem, ut non liceret phantasie varias mirabilesque illis induere formas, nymphas in rivis pratisque ludentes, Deos in nubibus volitantes cernenti; — usque dum sol oriretur Philosophiæ, verius quidem, sed minus forte amœnum & mirandum naturæ spectaculum homini detecturus.

Ut singulos homines, sic totum genus mortalium, Physicæ quidem necessitates ad agendum omnium primum stimularunt. Mechanicæ igitur artes citius quam Elegantiores inventæ sunt. Serius tamen illas, quam has, ad culmen evectas reperimus (c). Cujus rei causa in eo latet, quod hæ non nisi natura & inge-  
nio, illæ severiorum etiam scientiarum, tardius pro-  
ceden-

---

(c) The elegant arts, though later in their appearing, are more rapid in their advancement. Vid. CAMPBELL, *The Philosophy of Rhetoric*. Vol. I. p. 9. (Lond. 1776. 8.).





cedentium, auxilio egeant. Quot vero quantisque non modo ingenii dotibus, in uno homine raro conjunctis, sed etiam aliis cum linguae, tum morum, tum ceterarum rerum adminiculis ad magnos formandos poëtas opus sit, considerantibus nobis, mirum sane necesse est initio videri, poësin antiquissimis jam temporibus felicissime esse excultam & perfectam: divinam illam artem, quæ non terrestris unice orbis pulcherrimam exprimit imaginem, sed in cœlum etiam evolat, Deorum usura commercio, siderumque choreas spectatura; neque viso omni hocce contenta universo, novam ipsa sibi fingit rerum naturam! Quin vero ita sit dubitare, monumenta *primum* veterum nos vetant populorum; quorum illa, quæ, a Græcis, Hebræis & Caledoniis relicta, ad nos usque pervenerunt, notatu presertim digna videntur. Quippe quæ & valde antiqua sunt, & maximi, si artem spectes, pretii, & faciei inter se admodum diversæ. Mores quidem & vivendi rationem & opiniones dissimiles depingunt; sed imaginem ingenii humani, primos quasi expondentis flores, æque memorabilem omnia illa carmina fistunt; neque Poëseos tantum studiosorum, sed etiam Philosophorum, quos humanam cognoscere naturam omnino decet, sollicitum merentur examen. *Deinde*,  
fi

+

ū rem proprius adspicimus, quæ res mira initio videbatur, ejus rationem facile cernimus. Nam & mentem primorum hominum rebus a poëtica parte considerandis aptissimam (§. 2.), & mores ac negotia eorum ad pingendum idonea (§. 3.), & religionem priscam poësi amicam (§. 4.), & humanam naturam ad sensa poetica ratione exprimenda nature pronam (§. 5.) & linguam antiquam ad illam rationem maxime accomodataam (§. 6.), cum poësis & ingenii humani indolem, tum monumenta vetusta examinantes, reperimus. Quas quidem res ut nisi delibemus, a nobis haud exspectabit, speramus, Lector Benevolus, qui & difficultates in re non satis explicita (quatenus nobis saltem notum est) occurrentes, & fines hujusmodi opuscilorum angustos benigne cogitaverit.

## §. II.

Poësis igitur a plerisque, BAUMGARTIUM (*d*) maxime sequentibus, ita jam definitur, ut *Oratio sensitiva perfecta* esse dicatur. Omnis autem oratio constat ideis & verbis *velut* mente & corpore (cfr. p. 7). Quam ob rem utraqre harum partium ita erit poëtica, si sensilis fuerit; atque homines ad poëticam

cum

---

(d) Vid. Ejus *Aësthetica* Traj. ad Viadr. p. 1, 1750, p. 11,  
1752, 2.





eum cogitandi tum dicendi rationem eo propiores, quo minus ab externa rerum specie mentem abstrahere, & signis universalibus, loco sonorum, quibus formæ a singulis sub sensu cadentibus rebus in mente expressæ respondent, uti didicerint. Jam vero post **LOCKIUM** nemo facile negabit, omnem cognitionem humanam a perceptione sensuum initium capere. Unde videbimus (§. 6.) eandem esse rationem orationis ac scripturæ; utraque enim olim, picturæ instar, naturam, illa sonis, hæc figuris, imitabatur; deinde autem arbitrariæ factæ sunt: altera nempe ab Hieroglyphica in Alphabeticam, altera a Poëtica in Abstractam mutata est.

In ideis autem formandis, et si infantia totius generis pueritiae singulorum inter nos hominum similis sit: id tamen inter utramque interest, quod nos ab hominibus excultis educati, primis jam annis elaboratam abstractarum idearum texturam accipimus: cuius quidem stamen & subtegmen mox non discernentes, sensim tamen, examine instituto, perspicientes, eam paratam habemus, cui proprias ideas ulterius intexere nobis liceat; rudes autem homines eo carentes auxilio, a sensuum formis ordiuntur, nec nisi sua utuntur

utuntur experientia. Unde efficitur, ut recentiores homines, ad ideas abstrahendas aptiores, in *internam rerum naturam* profundius penetrant, magis generales sibi formant notiones, mentis humanæ recessus sagacius investigant, in caussas rerum diligentius inquirant, verbo, ad *Philosophiæ* partem proprius accedant; antiquiores autem, sensuum ductum magis sequentes, *externan rerum speciem plenius contemplentnr*, singulatim omnia, quæ sensibus percipiuntur, distinctius discernant, actiones hominum magis quam stimulus earum, effectus magis quam caussas observent, h. e. ad *poëticum* res videndi modum promptiores sint (e).

Cum nempe sit *ut pictura poësis*, vati æque ac pictori superficies rerum in primis consideranda est. Quanquam non modo instrumenta utriusque, sed etiam imitandi ratio satis differunt. *Pictura* enim speculum quasi rei immotum sistit; *Poësis* autem fluvii instar est limpidi, locorum quæ percurrit imagines,

nunc

---

(e) V. GARVE *Betrachtung einiger Verschiedenheiten in den Werken der ältesten und neuern Schriftsteller, insbesondere der Dichter*, in *Neue Bibliothek der schönen Wissenschaften und freye Künste*, T. X. Atque in *Sammlung einiger Abhandlungen, aus der n. Bibl. d. sch. Wisf. von CHRISTIAN GARVE*, Leipzig 1779. 2.





nunc magis nunc minus perspicuas exhibentis, nunquam vero ita distinctas, ac in speculo picturæ cernuntur: opus enim est, ut Phantasia Lectoris, in littore quasi stantis, umbras vel fractas vel trementes vel obscuras, ipsa sibi expleat & declaret; atque delectant eum interdum cum ipse sonus tantum, tum aquea puritas versuum, nihil adumbrantium. Sed tamen in eo utraque ars convenit, quod Poëtæ æque ac pictori, id quod jam diximus, in externas præcipue naturæ formas affectuumque humanorum signa animus sit advertendus.

Quæ quidem res, cum hominibus rudioris ingenii solemnis sit, descriptiones rerum, ab illis factæ, vividae admodum & plenæ evadunt. Sic anus cænam v. c. magnificam descriptura, nullius ferculi, nullius rei vel minimæ obliviscitur, quæ ad totam mensam oculis quasi audientium fistendam conducat. Sic Homerus in sacrificiis, epulis, pugnis aliisque rebus enarrandis minutissima quæque digito quasi monstrat (f).

B

Atque

---

(f) Exempla hujus rei colligere eo minus attinet, quo diligenter Homerum ab unoquoque litterarum studioso *manna diurna & nocturna versari* oportet; & quo frequen-

Atque Ossianus, qui ceterum in describendo brevior est quam Homerus, currum Cuchullini ad videndum apte depingit (*g*). — Tales vero picturas hodierni homines non semper amant, eam non solum ab causam, quod descriptiones longiores animum fatigent: (quis nempe fuerit, quem descriptionum Wielandicarum v. e. tædeat?) sed ideo maxime, quod res, quæ a prisco poëta describuntur, nos non æque moveant ac olim homines rudiores; quibus illæ cum novæ magis erant, tum digniores habebantur, quæ ab omnibus cognoscerentur: nullo sc. quæstu adhuc contemto, nulla re honesta dedecori versa, nullo inter negotia liberalia

tiora cuique in legendō observanda occurunt. Sed enī fabri venientis imaginem ut in tabula praesentem:

ἢ θε δὲ χαλκεύς  
Οπλὸν ἐν χερσὶν ἔχων χαλκίδια, πελέστα τέχνης  
Δικυονός τε σφύραν τὸν πολιητού τε πυραγγέν.

Od. L. III. v. 452.

(*g*) “The car, the car of battle comes, like the flame of death; the rapid car of Cuchullin, the noble son of Semo. It bends behind like a wave near a rock; like the golden mist of the heath. Its sides are embossed with stones, and sparkle like the sea round the boat of night. Of polished yew is its beam, and its seat of the smoothest bone. The sides are replenished with spears; and the bottom is the footstool of Heroes. *Fingal*. L. I.





beralia & servilia discrimine facto. E qua re Poësis Antiqua illum capiebat fructum, ut, cum ad viliores etiam res descendere ei liceret, & verius & plenius naturæ spectaculum sistere posset. Nostri contra mores delicati & quasi cincinnati in carmine, æque ac vestimenta nostra naturam detorquentia, in pictura, parum habent venustatis. Sed & animi & morum & religionis ratio in rudioribus gentibus, quam bene poësi conveniat, optime judicabimus: si ad figuræ earum, in antiquis vatum monumentis expressas, oculos conjecerimus (h).

B 2

Vide-

(b) Autores, qui, præter carmina ipsa antiqua, cum de ingeniis veterum Poëtarum, Caledoniorum, Hebræorum & Græcorum (ordinem sequimur, quem gradus culturæ, non, quem antiquitas cujusque gentis definit), tum de moribus & religione hominum quibuscum illi vixerint, consuluntur, hi nobis sunt noti: HUGH BLAIR, *Critical dissertation on Ossian*, Germanice versa ab O. A. H. Oelreichs, Hannov. 1725. ROBERT LOWTH *de Sacra poësi Hebræorum*: notas & epimetra adjecit Jo. Dav. Michaelis. Edit. II. Göttingæ 1770. Voll. II. J. G. HERDER *Vom Geist der Ebæischen Poësie*. Dessaу 1782, 85. Voll. II. BLACKWALL *Enquiry into the life and writings of Homer*: Germanice translata a J. H. Voss Leipzig 1776. ROBERT WOOD *Essay on the original genius of Homer*: Germanice, Traj. ad Moenum 1773. A. H. SCHOTT *über das studium*

Videmus igitur hominem e barbarie egredientem, velut e somnio expergesfactum, intensis oculis res

*des Homers* Leipzig 1785. CHR. G. HEYNE *de caussis fabularum Homericarum* in novis comment. Societatis Gött. Vol. VIII. (Teutonice: in neue Bibliothek d. Sch. Wisl. XXIII. 1.) atque *de Theogonia ab Hesiodo condita* in Comment. T. II. p. 125. Occurrunt etiam multa, hic pertinentia, in *Opusculis Academicis Ejusdem*, Gött. 1785, etc., nec non in *Nachträge zu Sulzers allgemeiner Theorie der schönen Künste oder Charaktere der vornehmsten Dichter aller Nationen*, Leipzig 1792, etc.; ubi (Vol. I. p. 255), exhibetur: *Kurzer Abriss der Geschichte der Griechischen Poësie*, & (Vol. II. p. 5) differit: über die Dichtkunst der Griechen im Heroischen Zeitalter, nach dem Homer. Ceterum de Poësi antiqua aliarum gentium multi scripsere, ut GUILIELMUS JONES (*Poëeos Asiaticæ commentariorum Libri sex: Recudi curavit Jo. Gottfr. Eichborn.* Lips. 1777). JOH. WARTON, (*History of English Poetry*, Lond. 1774-81. Voll. III. 4), etc. Scriptores autem de Poësi Scandinavorum, inter quos WORMIUM *de Litteratura Runicâ* nominasse sufficiat, recensebit WARMHOLZII *Bibliotbecæ Historicæ Sveo-Gothicæ* L. V. C. III. in volume adhuc desiderato. Atque de Poësi Fennica habemus Dissertationem CEL.PORTHAN, Aboæ editam; quam ut aliquando absolvat, cum in Patria tum apud exterios litt-





res naturæ circumspectare: quæ cum sint novæ, grandes & sublimes, neque cultura humana agrestem adhuc perdiderint magnificentiam, animum ejus, ut infantis, facile motum, vehementi percellunt admiratione. Silvarum triste decus, paludum fumosæ nebulæ, montium horrida præcipitia, fluviorum freme-bunda rabies, non agris, non vineis, non aggeribus deminuta, cooperta, extenuata; lunæ & stellarum tacita majestas, noctis volitantia meteora, procellarum furor, maris sublimis vastitas, undarum in scopulos impetus: viventibus in gremio naturæ, nec ab ea consideranda, vel urbium moeniis vel studio divitiarum vel negotiorum cura inpeditis mortalibus, frequenter & cum animi affectu observantur. Venatus & bella, perpetuis periculis & mutationibus rerum semper novarum, animum movent, phantasiam ditant, fortitudinem & magnanimitatem provocant, in hominibus, quorum mens servilibus quæstibus non adhuc depressa est, insignem. Cessante autem tumultu, cum humana natura semper moveri & occupari cupiat, carmina Poëtarum, res gestas ad mentem revocantium,

---

rarum cultores exoptant; atque etiam sperare nobis licet.  
Edidit præterea M. CHRISTFRIDUS GANANDER *Mythologiam Fennicam*, Aboæ 1789. 4.

tiūm, otiosæ multitudini mire placent (i). Qua simul re gloriae in pugna cæforum consulitur: inest enim in mortaliūm animo congenita quasi cupido laudis suæ etiam post mortem celebrandæ (k). Bellicæ igitur virtutis summus quidem honor est, vatum ingenio immortalis redditæ, illique materiam pulcherrimam præbentis: luxurie & avaritia, quæ ingenia deprimere LONGINO (l) jure videntur, nec a rebus gerendis nec ab illis admirandis & celebrandis homines avocantibus. Sed humanitatem (m) simul cum fortitudine, animi tene-

---

(i) "The Heroes gather round. Fingal sits in the midst and leans on the shield of Trenmor: — his spear stands against the wall; he leastens to the songs of his bards. The deeds of his arms are heard; and the actions of the king in his youth". *The war of Inis-thona.* Etiam inter arma, requiescentibus vespere a pugna Heroibus, canebatur. Sic, proelio cum Svarano intermisso, ad poëtam Cuchullinus: "Carril, inquit, raise thy voice on high and tell the deeds of other times. Send thou the night away in song and give the joy of grief". *Fingal* L. I.

(k) "The ghosts of those, he sung, came in their rustling blasts. They were seen to bend with joy towards the sound of their praise". *Ib.* L. vi.

(l) Περι υψος. τυμη. μδ.

(m) O Oscar! bend the strong in arms: but spare the feeble hand. Be thou a stream of many tides against the





teneritatem (*n*) cum simplicitate morum, exquisitum gloriæ studium (*o*) cum audacia imperterrita, generosum & hospitalem in hostes animum (*p*) cum ardore pro patria dimicandi, mollissimum amoris honesti sensum (*q*) cum robusta corporis strenuitate, mire conjuncta, in tabula videmus, quam Ollanus nobis

foes of thy people; but like the gale that moves the grafts, to those who ask thine aid. *Fingal* L. III.

(*n*) No: said the hing of Morven, I will never wound thee, Orla. — Let thy grayhaired father, who perhaps is blind with age, hear the sound of thy voice in his hall — With joy let the Hero rise, and search for his son with his hands. *Ib.* L. V.

(*o*) Go Carril; and greet the king of Morven. Give him the sword; for Cuchullin is worthy no more to lift the arms of his Fathers. *Ib.* L. IV. Oscar is like the mist of Cona: I appear, and I vanish. — The Bard will not know my name — The hunter will not search in the heath for my tomb. *The war of Inis-thona*.

(*p*) Let a hundred harps be near to gladden the king of Lochlin (victum & captivum hastem, eundemque ferocissimum). He must depart from us with joy — None ever went sad from Fingal. *Fingal* L. VI.

(*q*) “O strike the harp in praise of my love, the lonely sunbeam of Dunascaich, strike harp in praise of Bragéla, of her that I left in the isle of mist, the spouse of Semos

nobis exhibet, barbaræ gentis. Quæ pulcherrima  
fane pictura, nisi a Poëtæ ingenio sit adumbrata, qui  
bellissimam tantum rei partem depingit, multum om-  
nino, ad probandum celebre illud ROUSSEAUII para-  
doxon de præferenda barbarie culturæ generis humani,  
facere mihi videatur. Cui tamen non favet Poëseos inter-  
has florescentes virtutes ad culmen evecta laus. Indu-  
bium autem est, agrestem illam simulque non modo  
heroicam, sed etiam generosam gentis indolem admo-  
dum esse Poësi idoneam; sicut prospectus incultæ re-  
gionis, sed a natura pulchre exornatæ aptissimus est,  
qui pingatur.

Ptroximum

son. Dost thou raise thy fair face from the rock to find  
the sails of Cuchullin? — The sea is rolling far distant,  
and its white foam shall deceive thee for my sails. Retire,  
for it is night, my love, and the dark winds sigh in thy  
hair. Retire to the halls of my feasts, and think of the  
times that are past: for I will not return, till the storm of  
war is ceased. O Connal, speak of wars and arms, and  
send her from my mind; for lovely with her ravenhair  
is the whitebosomed daughter of Sorglan “. Ib. L. I.  
Quid divinius, si poësin spectes, quid mollius, si animi affe-  
ctum, quam hæc apostrophe Cuchullini ad absentem ux-  
orem?



1194/B7.

11  
Dec. 2, 18

and so far, between you & I, I have  
done pictures, and a picture happens to be something, that  
is difficult to handle and partake, especially when one  
has a certain, and particular, value. What becomes with your  
old photographs, when you go to sell them? I have  
seen a number of them at various sales, and they  
have never sold, regardless their quality, or mode  
of presentation, and when you get them again, you  
are left with a mess. I am apprehensive that the  
same old situation will prevail, in this regard, when you  
get them again.

Very sincerely yours,

You, like them "will they hit home from the rock to meet  
the fall of Crockett," we are the last, willing to submit,  
and the middleman. But, don't let me talk about others,  
for it is right, my love, and the time when you will be the  
best, is now, or has been, or will be, and that is the  
time, say the pull, for I will not believe, for a moment,  
that is crooked. O'Connell, Frank, and others, and  
I understand from our school, for having such a connection  
as the A.M.C. and others, of Boston, &c., &c., &c.,  
and others, in other species, quite terrible. It will be  
done, you know, from something Crockett did, different side,